DE
LEGE
POLITICA;

EIVSQVE NATVRALI
Executione, & Obligatione, tam inter laicos, quàm Eccleſiaſticos;

RATIONE BONI COMMVNIS.

AD

NOBILISSIMVM DYNASTAM D. D.
FERDINANDVM PIZARRO ET ORELLANA *Calatrauenſis Ordinis Equitem, Præceptoriæ de Vetera Præceptorem, Magni Philip. IIII. à Conſilijs, & in Supremo Caſtellæ Senatu, Supremum Senatorem.*

D. C. H.

SVVS
Lic. D. Petrus Gonçalez de Salzedo I. C. & in Conſ. A.

CVM PRIVILEGIO, MATRITI
Ex Typographia DIDACI DIAZ DE LA CARRERA,
Anno M.DC.XLII.

Expenſis Petri Coello Bibliopolæ.

AD NOBILISSIMVM DYNASTAM D. D. FERDINANDVM PIZARRO ET ORELLANA *Calatrauenſis Ordinis Equitem, Præceptoriæ de Vetera Præceptorem, Magni Philip. IIII. à Conſilijs, & in Supremo Caſtellæ Senatu, Supremum Senatorem.*

NEc diuturna mihi fuit (Doctiſsime Dynaſta) de eligendo Mœcenate deliberatio, cùm meos labores officiosè ſuperbos Veſtræ ſacrare Magnitudini, & ius, & obligatio impulit. Obligatio, cùm ea adſtringat cum Horatio dicere:

Mœcenas atauis edite Regibus,
O præſidium, & dulce decus meum!

Qualiter referam, & honores & beneficia à Vobis, & per Vos in me crebrò & frequẽter collata, in quibus ſilentio inhærere ſanctius credo, quàm referre; cùm nec verbis exprimi (licet ſilentio comprehendi) nec mea mente cogitari poſsint, cùm tantæ molis, ac honoris impar ſim. Ius, cùm vt Horatius,

Nil maius generatur ipſo,
Nec viget quidquam ſimile, aut ſecundum;
Proximos illi tamen occupauit
Pallas honores.

Ad quem enim iuris dirigenda ſtudia, ac labores, ni ad Iuriſprudentiæ Patrem? Ad quem Legis Commẽtaria, ni ad Legũ latorem? Ad quem Politicæ executionis documenta, ni ad Politicæ Parentem, erga quem ob Iuris profeſsionem, Legum obſeruantiam, Politicæ veræ & doctrinam, & executionem, qui (ſe infœlices putantes) eius aſpectu, & verborum elegantia nunquam fruiti ſunt, charitatis, & amoris incendio flagrant? Verè hæc denotant tot ſtudia Prætoria à veſtra Doctrina culta. Quàm mihi optatus eſt Mœcenas! cuius laudibus ſi vela darem, laxari poſſet oratio per æquora vaſtiſsima Nobilitatis. Sed, quod maius eſt, Vos tenet ſupremũ Caſtellæ Conſilium, tanquam verum Iuſtitiæ Cultorem, ac Parentem Patriæ.

 Quid

Suma del Priuilegio.

Tiene priuilegio el Licenciado don Pedro Gonçalez de Salzedo por diez años para imprimir el libro que compuſo, intitulado *Tractatus de Lege Politica*, con las prohibiciones ordinarias contra los que en eſte tiempo lo imprimieren, y vendieren ſin ſu licencia, firmado de ſu Mageſtad, refrendado de D. Antonio Hurtado de Mendoza ſu Secretario. Deſpachado en el Oficio de don Diego Cañizares Eſcriuano de Camara. En Cuenca à 2. de Iunio de 1642.

Suma de Taſſa.

Taſſoſe a cinco marauedis cada pliego por los Señores del Cõſejo, en quatro de Iunio de mil y ſeiſcientos y quarenta y dos años, como conſta de ſu original deſpachado en el Oficio de don Diego de Cañizares y Arreaga Eſcriuano de Camara. Tiene 125. pliegos, que monta 625. marauedis.

Fe de Erratas.

Liber hic nomine inſcriptus *Tractatus de lege Politica* Autore D. Petr. Gonçalez à Salzedo, correſpõdet ſuo exemplari. Datum Matriti die 3. Iunij anno 1642.

Doctor D. Franciſc. Murcia de la Llana.

DE LEGVM DIFFINITIONE NATVRA, AC NECESSITATE, QVOD PRO COMMVNI BONO FERATVR.

CAPVT PRIMVM.

SVMMARIVM.

1 LEGIS diffinitio.
2 Legum diffinitiones à quamplurimis diuerſimodè ferũtur.
3 A ligando dicitur lex.
4 Lex dicitur à legendo.
5 Lex eſt actus deſcendens à voluntate legiſlatoris.
6 Lex debet dirigi in commune bonum.
7 Homines ad perfectionem conſequendã tendunt.
8 Leges ſubditis accõmodentur, non ſubditi legibus.
9 Quod Deus eſt in mundo, eſt lex in Regno.
10 Lex diuina dirigitur in bonum commune generis humani.
11 Lex non eſt, ſi fertur in commodum legisferentis.
12 Lex, ſiue politica, ſiue tributaria, debet accommodari communi vtilitati.
13 Tributa imponuntur ad defenſionem Regni.
14 Lex poteſt ferri pro commodo legiſlatoris, & iuſtitia pollere.
15 Si Princeps in inopiam iuſta, vel iniuſta de cauſa incidit, iuſtum eſt tributum ab eo impoſitum.
16 Princeps non debet ob ſuam vtilitatem vti extorſione ad tributum.
17 Alexandri Seueri factum.
18 Neronis, Veſpaſiani, & aliorum tyrannides.
19 Monarchia iuſta.
20 Priuilegium quid dicatur.
21 Priuilegia licèt in executione ſint pro legibus, aliqua in corpore iuris habentur.
22 Executio legis licèt particulari commodo proſpiciat, non deſinit naturam legis, ſi commune bonum primariò reſpicit.

LEX (vt diffinitioni ſecundùm Ci- 1
ceronis præcepta pareamus, *lib. 2. de offic. l. 1. ff. de orig. iur.* & inſtituti noſtri naturam adimpleamus) à Iuriſcõſultis diffinitur ſic in *l. 1. ff. de legib. Eſt commune præceptum, virorum prudentium conſultum, ſcelerum quæ ſponte, vel ignorãtia contrahuntur, coercitio, communis Reipublicæ ſponſio*: à Canoniſtis, & Theologis ſecundùm Diu. Iſidori doctrinam *lib. 5. Etymolog. cap. 21.* à Grattiano relatum *in cap. erit autem lex 4. diſt. Erit* (dicens) *lex iuſta, poſſibilis, &c.* Quorum iurium ſequũtur contextum D. Thom. 1. 2. *quæſt.* 90. *art.* 1. Suarez *de legib. lib. 1. ex cap.* 6. Anton. Auguſtin. *lib. 1. de legibus c. 3.* Ioann. Garcia *de nobilit. gloſ.* 3. §. 1. *n.* 13. Sayr. *lib. 3. clau. Reg. cap.* 1. Soto *lib. 1. de iuſt. & iure quæſt. 1. art.* 1. Moria *in Empor. iu-*

MATRITI
Ex Typographia DIDACI DIAZ DE LA CARRERA:
Anno M. DC. XLII.